



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

7 De praelatio[n]e hypothecæ vxori pro dote competentis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

quod officio delegat. eundem intellectum facile admitterent Decius & Ripa in dict. cap. cum M. numero 58. quippe qui aduersus Panorm. opinentur, consortem sine mandato esse admittendum etiam in his, quae mandatum requirunt speciale inducentes optimus text. in *Clem. religiosus. de procur. ex qua apparet* abique licentia Abbatis posse religiosum esse procuratorem pro consorte litis: tamen si alioquin non posset religiosus pro consorte agere, non est mandatum necessarium: quod si ante litis contestationem petebatur in integrum restitutum. *in dict. Clem. religiosus Felin. & Dec. in d. cap. cum M. col. 3. cōtra Anton. ibid. duo tamen sese offerunt. quae minime patiantur ita intelligi text. in d. d. c. constitutus.* Primum, quod ante litis contestationem petebatur in integrum restitutum. *Secundum quod Abb. & Felin in d. cap. cum M. negant* consortem litis, etiam lite contestata admittendum esse, sed ea quae speciale mandatum requirunt, hoc probantes nec eo quod nec coniunctus admittatur, qui maiorem potentiam a lege habere censetur: cum is agere possit etiam sine non duntaxat contestata. nec obicit *Clem. religiosus.* quae id tantum probat; religiosum pro consorte admittendum sine speciale mandatum quibus sane perperis, non procedit placere, & abique controuersia predictis intellectus, nisi dixerint coniunctum maxime fratrem simul & consortem litis, et ante litis contestationem admittendum esse ad petendam in integrum restitutionem.

Nono erit aduertendum, tutorem curatorem, & eononiam, praelatum, ac ceteros habentes administrationem alieni patrimonii, abique mandato speciali, restitutionem in integrum postulare posse: quemadmodum notat. Innoc. Abb. num. 6. & alii *Communiter in cap. suscitata. de in integrum rest. argum. l. si actor. Cod. de appell. nam & hi sine mandato speciali iuramentum calumniae praestant. text. & ibi Bar. Communiter receptus in l. 2. §. quod obseruari. C. de iur. iur. and. propter calum. Abb. & omnes in cap. Imperatorum. de iur. iur. calu. gl. vlt. ab in d. d. c. pertractandis. eo in Regia l. 24. tit. 11. part. 3.*

Decimo adnotandum est, non esse necessarium speciale mandatum ad defendendum aliquem in causa restitutionis in integrum: licet ad eam tractandam, & ipsam restitutionem petendam ex praemis tale mandatum exigatur. *Inno. & Abb. in dicto c. suscitata numer. 5. Cassador decisi. 2. de procurat. Argilius à Billanera decisi. 273. optimus text. in l. qui proprio. §. item quartus ff. de procur. secundum vltimum intellectum gloss. ibi, quam Paul. Castrensi post alios sequitur:*

CAPVT VII.

De praelatione Hypothecae vxori pro dote competens.

SUMMARI A.

1. Dotali Hypotheca, tacita vel expressa, quando prioribus hypothecis praefertur.
2. Pro dotali Hypotheca etiam tacita praefertur expressa posteriori, etiam ratione manus ad restitutionem, vel emptionem rei competenti, & inibi intellectus l. licet C. qui pot. in pigno habeant.
3. Pignus emptum ex pecunia ad eius emptionem expressim mutata, non est pro eius solutione pignori obligatus.
4. Hypotheca dotalis, si dos vere numerata non sit quid operetur. Distinguitur latere intellectus gloss. in l. asiduis cod. qui potest. in pign. habet an ea constituta licet in dote, cuius numeratio sola confessione mariti probatur.
5. Confessio dotalis recepta emissa matrimonio constante, ubi praesumitur pro dote donationis facta, non confirmatur iuramento & ibi quid de praesumptione dotalis solvendi iuramento stabilita.
6. Traduntur tres, aut quatuor casus, in quibus confessio dotalis recepta veram numerationem saltem praesumptione probat.
7. Etiam factis creditibus competens ius renouandi ea. quae in dorum fraudum facta fuerunt.

Stadeo frequens forensia tractantibus, pignorum & Hypothecarum perfectio, praesertim earum, quae vxoribus ad dotem consequendam iure competunt: vt nec alienum ab instituto, nec prorsus inutile sit aliqua haec de re, quae sapienter in cognitionem incidunt, veluti quoddam compendio explicare: prius traditis his quae generalia sunt & solent certis quibusdam distinguunt adfectionibus quarum prima & praecipua est: Vxor pro restitutione dotalis taci-

tam hypothecam habet: à lege, inquam, inductam in omnibus mariti bonis l. vnica §. & vt plenius. *Cod. de rei vxor. §. fuerat Inst. de adio. c. ex literis de pig. & licet idem ius maritus habeat pro consequenda dote eidem promissa: hanc partem hoc in loco, vt minus frequentè omitemus, primam propositionem ad bona quae paraphernalia dicuntur extendentes: nam si maritus haec bona administrauerit, pro eis recuperandis vxor tacitam hypothecam habet l. vbi adhuc. C. de iure dot. & ibi gl. l. vlt. de pact. conue. vbi hoc Dd. passim adnotarunt. Quibus accedit Iaf. in d. §. fuerat n. 41. Regia l. 17. tit. 11. part. 4 quod iure verum est: modo intelligamus hanc hypothecam quo ad bona ista paraphernalia non inesse cum priuilegio praelationis gl. in l. si ego in verbo, sed condici. ff. de iure dot. quam existimant Singul. esse, cum secuti Alex. cons. 36. li. 6. col. 2. Cremenfis sing. 145. Commendant idem Alex. & Iaf. in l. maritus C. de procur. lo. Campe. de dote 1. par. q. 8. Dec. cons. 71. Sali. in l. asiduis §. vlt. C. qui pot. in pign. habeant. Anto à Fanq. de pig. 2. parte. membro 4. n. 63. ex quibus hanc Opinionem Communem esse opinor: sic denique est intelligenda gl. in dicto c. ex literis verb. obligata quae negauit vxorem quantum ad paraphernalia ius taciti pignoris habere.*

Eodem pacto est accipiendum, quod scribit gl. in dicto c. ex literis & in §. fuerat nempe vxorem pro consequenda donatione propter nuptias, quoties eam sibi acquirerit, minime posse vt iure tacite hypothecae id etenim procedit quo ad priuilegium praelationis: siquidem simpliciter etiam in hoc casu tacitam hypothecam vxor habet, sicut ex l. 2. C. de bonis, quae liber. obseruant Innoc. Abb. & alii *Communiter in dicto c. ex literis Iaf. in dicto §. fuerat. nu. 40. & ibi Zafius nu. 14. Ant. Fanen dicto membro 4. & n. 64. opti. text. in dicto l. vbi adhuc sensu gl. in dicto l. asiduis e verbo, suo tem. quamuis Lud. Gomez in dicto §. fuerat n. 39. contendat, nec simplicem hypothecam vxori pro donat. propter nup. consequenda iure competere illud vero proculdubio certi iuris est, vxorem agentem ad dotem, posse ius tacite hypothecae cum praelationis priuilegio exercere in bonis propter nuptias donatis, secundum Innoc. Abb. & Dd. in d. c. ex literis & Fanensis, in d. nu. 64.*

Secunda conclusio: Hypotheca tacita pro restitutione dotalis vxori à lege concessa, praefertur priori, eidem tacite hypothecae. *in dicta l. asiduis. dicto §. fuerat. glo. per textu inibi in dicto c. ex literis Regia l. 33. parte 5. idemque priuilegium expressae dotali hypothecae competere vt priori tacitae praefertur, tradit Sali. in d. l. asiduis. in princ. quem sequitur Ant. Fanen d. 4. membro. nu. 99.*

Tertia conclusio: Hypotheca tacita pro dote competens non praefertur priori expressae glo. in d. §. fuerat. *Communiter ibidem receptum secundum Iaf. n. 72. Ludo. Gomez. nu. 27. Zafius n. 24. similis. glo. in dicto l. asiduis. & in dicto c. ex literis. quarum opinionem communem esse fatentur eam secuti Bal. Nouel. de dote 10. parte col. 1. Anto. Fanen. dict. 4. membro. n. 98. disputant hac de re Iaf. Abb. & Barba. in dicto c. ex literis. lo. Ign. in q. an Rex Fran. n. 138. optime Ioan. Coraf. in l. qui liberos. ff. de ritu. nup. nu. 117. quod ipse omittendum esse duxi propter legem Regiam 33. tit. 13. par. 5. quae hanc communem sententiam probat: & quia ea verior mihi semper visa fuit.*

Quarta conclusio: Hypotheca tacita pro dote vxori competens praefertur expressae posteriori. *Bald. Angel & Salicet. in dicto l. asiduis. Dynus in regul. qui prior. de reg. iur. in 6. n. 12. vbi hoc ipsum existimant procedere in priuatis nullum habentibus priuilegium praelationis ratione tacitae hypothecae eis à iure concessae ex li. 1. C. rem. alie. gerent. idem opt. not. Nico. Boerius in additionibus ad Dyn. Alex. cons. 56. n. 5. li. 7. Ant. à Fanen. in d. membro. 4. n. 97. & probatur hoc ipsum argumento à sensu contrario in d. l. Regia 33.*

Quinta conclusio: Hypotheca expressa pro dote competens nequaquam praefertur expressae priori. Siquidem hypotheca dotalis praefertur praelationem habet respectu prioris hypothecae tacitae, non prioris expressae: quod sensu gloss. in dicta l. asiduis vbi expressim hoc tenet Salicet. col. 2. Socin. in l. 1. col. vlt. ff. soluto matrim. & ibi Rib. 2. col. Ant. Fanen. in dicto membro 4. n. 102. Io. Coraf. in dicta l. qui liberos nu. 117. probatur hoc in reg. qui prior. de reg. iur. Cui tantum derogatum est in hypotheca tacita vel expressa respectu prioris tacitae, non autem in hypotheca etiam expressa respectu prioris expressae: atque ita hanc opinionem communem esse fatentur Soci. Ripa, Fanensis, Corafius in dictis locis & Iafon in d. l. col. 2. lectio. 2. tamen ipse contrarium probare, & defendere conetur, sequitur Ang. Perulinum in *Auib. de equa dot. §. si consequens. quo*

fil. 284. lib. 2. ad fi. Alexand. in d. leg. si diuortio. col. vi. & cons. 45. nu. 6. lib. 1. & consil. 26. num. 2. lib. 2. tal. in dicta l. si diuortio nu. 8. idem in l. 3. §. si vir. ff. de acquir. poss. n. 17. Fel. in d. c. si cautio. nu. 77. & alii frequenter, quorum opinione eam fecutus dicit communem esse Bal. Nouel. de dote, part. 10. n. 7. & idem fatetur idem Soc. in d. l. 1. n. 71. & consil. 70. col. 1. lib. 4.

Secundo hinc apparet, non competere mulieri ob hanc confessionem, ius tacite hypothecae, nec ius praelationis, nec aliter eius causam tractandam fore, quae solet iure tractari causa donationis inter virum & uxorem: quod omnes fatentur praesertim Soc. in d. l. 1. nu. 85. co. vlt. Nouellus d. 10. parte. privilegiorum dotis, n. 18. Cald. consil. 3. de don. inter virum & vxor. Alex. consil. 142. l. 5. col. 1. Crocius in d. l. si constante lect. 2. fol. penult. ex quibus Alex. Cald. Nouel. & Campecius de dote. 1. part. qu. 53. scribunt non tantum prioribus creditoribus hanc confessionem non nocere, sed nec posterioribus: quod ab aliorum mente colligitur, dum existimant hanc confessionem simulatam esse, nec fraudis suspitione carere.

Tertio inde apparet, hanc confessionem, seu potius donationem ex ea praesumptam, posse a marito expresse, vel tacite, ante mortem reuocari, & vere reuocata censeri quantum ad bona post confessionem alienata. leg. si maritus. Cod. de dona. inter virum & uxorem.

Quarto idem constat, in hac specie, ubi iure donationis fungitur ista confessio, nihil referre, sint elapsa tempora opponendae exceptionis non numeratae dotis, vel non, ut Socin. probat in d. c. leg. 1. co. sum. penult. agitur enim de donatione inter virum & vxor. potius quam de dote causa non numerata: & ideo non est considerandum, quod tempora opponendae exceptionis sint elapsa.

Quinto eadem ratione a pleisque animaduersum est, donationem hanc inter virum & uxorem praesumptam ex praedicta confessione dotis recepta minime esse validam, & statim irrevocabilem per iuramentum a consentiente praestitum: nam licet donatio inter virum & uxorem alioqui expressa & vera iuramento confirmetur, quod in rubric. de res. 2. part. nu. 5. tradidimus, haec tamen, quippe quae simulata sit & omnino praesumpta, iuramento non confirmatur, quod praeter alios adnotant Bartol. in dict. §. Titia. Cyn. in l. 1. ad fin. Cod. de sacros. eccles. Soc. in dict. leg. 1. numero 98. idem Bar. in l. Aurelius. §. quidam ff. de liber. legat. Roman. consil. 293. & consil. 44. colum. 2. Signorol. consil. 166. Deci. consil. 202. colum. 2. l. 1. in d. §. fuerat. num. 86. Gozad. consil. 28. nu. 25. Aret. consil. 47. Rip. l. 3. ref. c. 6. Aymon. consil. 81. in princip. Mari. Soc. consil. 65. col. 8. & consil. 66. col. 7. idem expressus consil. 61. col. 3. l. 1. ubi hanc opinionem fatetur Communem esse, idem asserit eam secutus Curt. Junior. consil. 95. col. 2. eandem sententiam probant Ioan. Lupi. in rubric. de donat. §. 51. nu. 4. Bald. Nouel. de dote part. 10. nu. 10. Ioann. Croc. in d. leg. si constante. secundo lect. n. 176. Nec oporteret dicere, quod is qui iuravit non possit postea allegare, dotem receptam non fuisse: cum eius periurium & propria turpitudinem alleget. Na aduersarius vitus est recipere iurati periurii exceptionem surgentem ex iuramento praestito in utilitate ipsius, secundum Imol. in cap. cum coniugat. de iure iur. nu. 76. versicid. item attende. Et profecto absque controuersia videtur procedere frequentiori Doctorum consensu dicta opinio, ubi maritus iuravit se centum dotis titulo recepisse, quali iuramentum istud quo d'assertionis est, & praeteritum actum respicit, non possit efficere validam donationem a iure praesumptam, siquidem indecens sit, hanc vim vel villam aliam tribui iuramento, ex quo quis iam periurium commiserit non recepta ea dote, ut praesumitur, qua ratione vtuntur Signorol. dicto consilio 106. col. sec. & Ioann. Imol. in dicto cap. cum coniugat. nu. 83. versicid. sed aduertit. vnde si maritus confessus fuerit recepisse centum in dotem: & promiserit eorum solutionem eademque promissionem iuramento firmauerit, iurans ea soluturum.

Tunc haec a iure praesumpta donatione iuramento confirmaretur, sicuti donatio inter virum & vxor expressim facta iuramento, iuxta Communem Sententiam, valida statim & irrevocabilis fit, atque ita in specie ista tenuerit aperte Imolam d. nu. 85. Bald. Nouel. d. nu. 10. Ioan. Lup. d. §. 51. Ripa d. l. 6. & nouissime Aymon. dict. consil. 61. hoc deducens ab his, quos modo citauimus: nam hi frequentissime loquuntur ubi maritus iuravit se dotem recepisse & distinguunt iuramentum istud ab eo quo vir iurat dotem soluere vxori, vel eius haeredibus, quo fit, ut hi Doctores plane sentiant, donationem praesumptam ex confessione dotis receptae

confirmari iuramento, quo maritus eam dotem soluere promittit. Sed contrarium probant Romani in d. consil. 44. in d. l. 1. nu. 89. sentit Mari. Soc. idem consil. 65. col. 8. & 67. n. 7. expressim factam ab ea, quae praesumpta est, & colligitur ex confessione receptae dotis. Huius opinionis ratio admodum est a gl. in l. 3. C. plus valere quod agitur. Communiter recepta fecit simulatum non confirmari iuramento. Quae tamen ratio non omnino conuenit proposita decisione, in qua minime tractamus de coprobatione, aut viribus confessionis receptae dotis quae simulata est, sed de confirmatione donationis, quae minime simulatur sed a iure praesumitur. Confessio etenim recepta dotis, vt potest simulata iuramento non confirmatur, at donatio ex ea confessione a iure praesumpta confirmatur, quidem iuramento, quo maritus soluere dotem promittit, quod hanc donatio licet sit praesumpta, non tamen est simulata. Et ideo horum Doctorum opinio suspecta videtur, & contraria his, quae ab aliis hac de re frequentius traduntur. Quia de Ioannes ab Imol. in d. c. cum coniugat. nu. 83. tentauit & inibi iudicatus constantiter adseruit, iure verius esse donationem praesumptam ex confessione receptae dotis etiam confirmari iuramento, quo maritus iuravit se illam dotem recepisse vtuntur sane hac ratione, quod haec confessio quantum ad vim donationis nequaquam facta fuerit in fauorem incapacis, siquidem vxor capax est huius donationis ad effectum vt ea morte, vel alias confirmetur, atque ideo excludit Bar. & aliorum inductiones collectas a iurisconsultis d. §. Titia. & in d. l. qui testam. quibus in locis confessio sit in voluntatem eius, qui ex testamento capere non poterat.

Ego sane iure verius esse opinor, & confessionem dotis receptae, constante etiam matrimonio factam, etiam adhibita renuntiatione exceptionis non numeratae dotis in dubio factam censeri potius spe futurae numerationis, quam titulo donationis, sicuti superius adnotauimus. Et tamen, vtcausae sit, licet praemittatur quandoque ex hac confessione donationem praesumptam satis probatur iure opinio Cyn. Bartol. & aliorum. & ex qua diximus donationem istam non confirmari, nec statim irrevocabilem esse, quamvis maritus iurauerit dotem recepisse. Non enim conuenit huic iuramento, quo quid praeteritum adseueratur, vis confirmationis contractum inuolidum. Et praeterea satis est donationem ex praedicta confessione praesumptam cum forsitan ea fuerit admodum aliena mente consentientis, qui spe futurae numerationis confessionem praemiserit, nec oportet hoc simul ab eo actu deduci: scilicet donationem praesumptam, & deinde eum ea inuolida sit & reuocabilis, iuramento irrevocabilem fierique nam ubi donatio inter virum & uxorem palam fit, verbis equidem expressis aperte id donatore profiteatur, quoque vlla iuris praesumptione quae solet fallax esse & quandoque aduersus veram intentionem iudici, tunc profecto admitti potest opinio communis, qua traditum est, donationem inter virum & uxorem iuramento confirmari. Non ita dicendum est de ea donatione, quae ex confessione dotis receptae facta forsitan spe futurae numerationis deducitur, & eadem ratione Romanum secutus exilium idem esse, nec donationem hanc ita praesumptam, confirmari iuramento, quo maritus promissit ac iuravit dotem illam vxori eiusque haeredibus soluere.

Quod si velimus tenere, confessionem istam dotis receptae factam praesumptam etiam constante matrimonio spe futurae numerationis, potius quam iure donationis, tunc ea confessio marito eiusque haeredibus nocebit post elapsa tempora opponendae exceptionis non numeratae dotis, vel si renuntiationem fuerit huic exceptioni, iuxta notata in leg. 1. & l. de dote caut. non numerat. ac denique si iuramentum a marito praestitum fuerit, erit haec res tractanda & iudicanda ex his, quae traduntur in l. vlt. Cod. de non numer. pecun. & in l. ex iudic. ne. eod. tit. ubi post alios optime, erudite, & diligenter scripsit Emanuel a Costa Iustanus 9. saltem.

Quandoque tamen etiam si non consistit dotem vere numeratam fuisse marito aliter, quam ex eius confessione, vere praesumitur eam numeratam fuisse, siue fiat confessio ante matrimonium, siue eo constante, & nepe quando marito confessio praecedat instrumentum dotale, quo dotis ipsi marito fuit promissa, textus insignis in l. cum contrahit. §. si quoniam. C. de non numer. pecun. illis etiam, inquit imperator, securitatibus, quae post confessionem dotalem instrumentorum

De opinione vnde hac confessio marito, eiusque heredibus nec debet, quoties exceptio non numerata dotis licet non sit, vel ex legitima renunciatione, temporis preferentia, iuramento aliane ratione eius vsum impedit, quod omnes fatentur.

De creditoribus mariti difficilis est questio, an & hi eodem iure, quo maritus, sint censendi? Et regulariter receptum est, posse creditores aduersus vxorem agentem ex confessione dotis recepta, vti exceptione non numerata dotis, text. opt. in l. sicuti. C. de non numerata pecunia. gl. in hunc sensum ab omnibus probata in d. l. asiduis. quam in d. l. 1. & in d. § fueras. passim Iuniores sequuntur post alios, quorum peculiarem nuncupationem omittimus, eo quod statim ad huius regulam intellectum, & varias interpretationes plures referendi sint auctores, qui huic opinioni subscripsere. Plura etenim traduntur ad faciliorem huius controuersie cognitionem, à quibus aliquot seligenda sunt, quando quidem cetera facillime poterit & deprehendi & explicari. Primum etenim apud omnes satis manifestum est, hanc regulam esse intelligendam proculdubio, quando creditores intra tempora marito à lege definita exceptione non numerata dotis vtuntur. Quod si ea tempora præterierint, non esse creditores ad excludendam vxorem hac exceptione vtentes audiendos, adserunt Bart. Ang. & Salycetus in d. l. asiduis Bart. in l. si constante. num. 100. Aret. consil. 86. col. 2. Alexand. in l. 1. n. 35. ff. sol. matr. idem Alexand. cons. 90. nu. 5. l. 3. quorum Opinions sequuntur dicentes eam Communem esse Bald. Nouell. de dote, part. 10. n. 12. Mathæ. de Afflict. de iur. 402. n. 10. Ant. Rub. cons. 78. n. 4. & 9. Aymon. cons. 40. n. 6. & ea etiã probat atq; eligit Imol. in c. ex literis. n. 12. de pignor. quibus ad stipulatur text. in l. pecunia C. de solu. ex quo apparet confessionem recepta pecunie, probatione rei geita, & vere soluta valdam efficere. Item quod Bartol. & Doctores communiter scribunt in l. ita stipulatus. §. Chryfogonus ff. de verb. oblig. dicentes confessionem recepti mutari, post decursa tempora exceptionis non numerata pecunie opponenda verã numerationem probare. Deinde eadem opinio fulcitur ex eo quod secundum communem, & si Bartol. post gloss. dubitauerit. in l. duobus in prin. ff. de iur. iur. Idem ius poterit aduersus principalem debitorem agere ratione soluti debiti, si probauerit eam solutionem non equidem veri numerationem, sed confessionem creditoris, qui fatetur se eam pecuniam recepisse triginta diebus post confessionem elapsis, iuxta l. in contr. actib. C. de non num. pecunia.

In contrariam sententiam itum est à plerisque existimantibus exultationem dotis recepta à marito etiã ante matrimonium emissam nequaquam creditoribus nocere, nec vere dotis privilegia consequi, licet fuerint elapsa tempora opponenda exceptionis non numerata dotis. Nam & his decursis posse creditores vti dotis non numerata exceptione, scripiere Imol. in d. §. Chryfogonus nu. 11 Roman. cons. 465. idem Roman. n. 22. Aretin. n. 7. Socin. 90. in d. leg. 1. Angel. Aretin. n. 15. & Iason. 75. in dicto. §. fueras. & Felin. in d. l. si cuius. n. 84. ex text. in auth. sed iam necesse. C. de donat. ante nup. vbi statutum est, semel dote constituta confessionem augmenti dotalis à marito factam, in rebusque mobilibus constitutam, creditoribus non nocere. Quali ea facta videatur in creditorum dampnum fraudemus. Sed isthac inductio non admodum conueniens est: siquidem non eadem ex fraudis suspicio in constituenda dote principali ex prima eius origine, que in augmento: cum id frequentissime fiat ex simulatione & cautela potius quã ex vera eius numeratione: ab initio etenim soler integra dos constituitur, ideoque non potest apta adsumi ex d. athen. aduersus Bartol. iusta & legitima consideratio.

Quod præterea apparet, quia matrimonia non soler contrahi sine dote & ob id in constitutione dotis non est ita facilis fraudis suspicio, sicut in dotis semel constituta augmento. Deinde textus in dicta auth. sed iam necesse. nihil ad propositum conducit nam etiã si consistet ex fide tabellionis res mobiles vere datas in dotis augmentum, hac datio creditoribus non præiudicat, qui fit. vt Imolæ Romani, & aliorum opinio ratione ista prorsus destituta sit. Sed & alia ab eisdem ratio adducitur ex l. sicuti. C. de non numerata pecunia. vbi cautum est, creditores posse vti exceptione non numerata pecunie aduersus alium creditorem etiã si debitor ea vsum non fuerit. Igitur decursis iam temporibus opponenda exceptionis non numerata dotis, poterunt creditores eadem

vti aduersus vxorem, quamuis maritus ea vsum intra legitima tempora non fuerit. verum hac collectio debet fieri vti est sensus, vt licet alias nemo possit vti beneficio alteri competenti eo iurto. l. si index circumuentus. ff. de minorib. attente creditor inuito debitor poterit vti exceptione non numerata pecunia debitori competenti, secundum Bald. Paul. Salicet. l. si cui. Nec ex hoc sequitur id creditori licere eo tempore quo debitori non licuisset. Imo sicut debitor ipse potest ius creditores, quod ex eadem l. si qui in pr. & in vltimis verbis colligit Sal. ibi Ale. in l. 1. n. 35. ff. sol. matr. & post alios Ant. Rub. d. l. cons. 78. n. 4. optimus text. in l. 1. §. vlt. ff. de heres. contra tab. & in l. 1. §. sed si quis. ff. de separatis. Sic sane intelligendus text. in l. si qui post hac. C. de bon. pref. qua de iure filicum posse vti exceptione dotis non numerata aduersus vxorem illius, cuius bona fisco ob crimen addicta fuerunt nam id procedi intra tempora à iure definita ad exceptionem hanc opponenda, Re soluto etenim iure auctoris extinguitur & ius successoris text. in c. 1. §. ius filii de controuers. iudic. his igitur constat, non satis muniam esse vltimam sententiam Imolæ, & Romani aduersus Bart. nec tamen omninimam opinamur esse communem opinionem. Quamobrem breui quadam vtar distinctione ad huius controuersie resolutionem. Nam aut confessio dotis recepta sit constante matrimonio: aut ante ipsum matrimonium contractum. priori equidè casu locus est, ni fallor, posteriori sententia, quæ dicat non præiudicare eam confessionem creditoribus etiã post tempora opponenda exceptionis non numerata dotis, quod ex pluribus probari poterit. Primum Bart. & alii qui priorem opinionem sequuntur, in hunc sensum eam videri accipere magis communiter. Deinde in d. l. si constante n. 100. eam Bartol. distinguit confessionem ante matrimonium emissam ab ea, quæ eo constante fit, dicens primam nocere creditoribus, non sic vltimam: nihil aliud sensit quam confessionem constante matrimonio contingentem non obesse creditoribus etiã transactis temporibus exceptionis opponenda: alioqui nullum delictum esset inter confessionem istam, & eam, quæ ante matrimonium præcesserat, his item accedit, quod frequenter eadem Bartol. & sequacibus assertum fit, confessionem dotis recepta factam matrimonio constante in dubio animo donandi factam censeri, quemadmodum superius explicauimus: igitur nec priuilegium prælationis, nec tacite hypothecæ consequitur, nec præiudicium creditoribus inferre potest. Quod si diximus, quandoque confessionem emissam matrimonio constante facta, præsumi spem iuræ numerationis: adhuc ob varias fraudis suspensiones, & propter contrarias auctorum sententias existimamus confessionem istam nec habere priuilegia vere dotis, nec creditoribus, nocere, etiã transactis temporibus opponenda exceptionis non numerata dotis, atque ita præter alios specie scribunt Paul. Castrensis. col. vii. Aretin. n. 7. in l. 1. ff. sol. matr. Anton. Rub. cons. 78. n. 4. Angel. Aretin. in d. §. fueras. n. 15. Bal. in Rub. C. de prin. dor. 4. col. Lud. Goza. cons. 28. n. 24. licet idem Aret. cons. 86. col. pen. & Bal. Nouell. de dote part. 10. num. 12. diuersum in hoc tenuerint.

Quod si confessio dotis recepta fiat ante contractum matrimonii, Bartol. opinio erit admittenda: cum propter eam auctoritatem, tum quod potiora sint eius iura vnde post elapsa tempora à lege instituta ad opponendam exceptionem non numerata dotis, confessio ista creditoribus etiã prioribus, quibus tacita competat hypothecæ, ac denum potest fieri res mariti, hypothecæ dotali subditas, nocere. Si quidem in hac specie præsumendum est, suspicione fraudis abesse, nec donationis titulum ergo vxorem à marito ea asseueratione adsumulari. Et ideo celsat quæ à plerisque in contrarium adduci solent secundum Cynum in d. l. 1. sed iam necesse. q. q. Paul. in d. l. 1. col. vlt. & Aret. ibi n. 7. & eundem cons. 86. col. 2. & est communis opinio, in idem erit quoties confessio ista fit in ipso contractu matrimonii, vel paulo post, priusquam carnalis commissio inter maritum & vxorem sequatur, quasi tunc non sit ita vehemens maritalis amor, sicuti solet esse post coniugalis copula commercium qua ratione sic rem istam explicarunt Aretin. in d. §. fueras. n. 4. ff. de verb. obligat. & Ioan. Lupi in repet. Rub. de donat. §. 35. n. 2. est tamen considerandum, quod licet & Bartol. in d. l. si filius & his, qui eius opinioni communiter consentiunt, para-

dicuntur tempora opponenda exceptioni tractata fuisse, & maritum renunciale exceptioni non numeratae dotis: & in prauidicium creditorum, iuxta tradita in l. 1. c. de dote. *caus. non tam en Mattha. de Matthei. notab. 193. Alex. m. 35. Soc. m. 86. in d. l. si solus. matrim. hac ita differre adnotatur* & Soc. m. 86. in d. l. si solus. matrim. hac ita differre adnotatur ut quomodo creditores post elapsa tempora non valeant aduersus vxorem vel exceptione numeratae dotis possint liberius & iuste id agere intra ea tempora, non obstante mariti renunciatione: cum ea non possit creditoribus nocere. *argumento tex. in l. si vnus. §. ante omnia ff. de pact. l. 1. §. si culpam, ff. quod in fraud. part. Et quomodo non admodum probetur iure hac differentia, quam Claudius improbat, si renunciatione fiat ante matrimonium in d. m. 29. reicienda non est in hac praeteritum disputatione, quae varia efficit iuris vtriusque interpretum iudicia.*

Ex praemissis colligi poterit, qualiter sit intelligendum, quod in hac quaestione quidam adnotatur, exultantes dotis receptae confessionem nocere creditoribus mariti, qui ius proprium nituntur probare non vera numeratione, sed confessione tantum: cui in hac pari causa potior debeat ceteri dotis exactio, sic visum est Baldo. Ang. Paul. Imo. & alii in d. l. 1. ff. solus. matrim. Bald. in d. l. 1. ff. de iud. in fi. Ang. Aretin. in §. fuerat. de ad. m. 15. & ibi Iaf. nu. 91. quibus est maxima autoritas secundum Baldum Nouel. *dict. part. 10. nu. 6.* qui dubium esse censet hanc sententiam ex eo, quod confessio emissā in fauorem priorū creditorum nullā habet fraudis suspitionem ad ea, quae dotis receptae postea fit, non caret doli praesumptione propter aēs alienū, quo eo tempore maritus grauaabatur, *Quin & Alex. in d. l. 1. nu. 35. Aretinus nu. 77. Soc. m. 88. Dec. conf. 96. ad fi. Ludo. Gozad. conf. 28. nu. 28. opinantur Baldi & Ange. decisionem verā esse, vbi creditores ex causa mutui aēs alienū peterent: non autem vbi ex alia causa, puta venditionis, depositi, aut locationis, debitā esse sibi pecuniam asseruerant. Cum in his vltimis causis locus non sit exceptioni non numeratae pecuniae, quae ex consensu omnium restricta est ad causam mutui, & contractum dotale iuxta titulum C. de non nu. pecun. & ei similem de dote. caus. non nu. oportet tamen in hoc dubio paria vxoris, & creditoris iura conseruare quod ad exceptiones non numeratae dotis, & non numeratae pecuniae. Nam si vel vxori vel creditoribus potest exceptio praedicta opponi, impar est vtriusque conditio: & tenetur is cōtra quem obicitur, verā numerationem probare: vt ad pecuniam debitā possit agere. Pari iugur vtriusque conditione statuta eo tempore, quo exceptioni locus non est, ergo arbitror confessionem dotis receptae ante matrimonium emissā, nocere etiā prioribus creditoribus, siue ex causa mutui, siue ex alia quacunque: quae sola confessione debitoris probatur. Est etenim hac in specie potior dotis exactio, propterea quod confessio facta fuerit tempore, quo nulla ad est sufficiens fraudis praesumptio: & creditorū ius non vera numeratione, sed confessione consistet, effectus distinctio mutui, dotis, & aliarum causarū: cum tractatus temporibus opponenda exceptio non numeratae dotis, nullo pacto vxor tenetur verā numerationem ostendere, imo id onus aduersariis incumbat, verā praesumatur dotis numeratio: sed etiā priores creditores veram numerationem probauerint, adhuc vxorem eis fore praeferrandā cenfeo, cum ob confessionem emissā ante matrimonij contractū, tum ob exclusam tempore exceptionem non numeratae dotis: siquidem his duobus simul suppositis, frequentiori consensu Bartoli opinio admittitur cōtra glossam in d. l. leg. assiduis. hoc ipsum apparet euidentius, quia Baldus in d. l. 1. ff. de iud. in fi. in d. l. 1. r. quique eum sequuntur, receperunt semel glossae opinionem eam intelligunt, vbi creditores verā numerationem probauerint: igitur intellectus locū habet tunc, cum vera fuerit opinio glossae scilicet in confessione dotis receptae constante matrimonio emissā: non in ea, quae matrimonij praecedente, quae secundum Bartol. sententiam iudicanda est, Et ideo Baldi, & aliorum consideratio, Alexandrique interpretatio procedunt, quando vxor vtrius in exactioe dotis mariti confessione, quae matrimonio constante processerit.*

Secundo ex eadem distinctione, an confessio matrimonij praecesserit, velleo constante fuerit celebrata, accipiet non incertam omnino definitionem, quod solet disputari: cum ea confessio noceat futuris, & posteribus mariti creditoribus: Nam eam nec futuris creditoribus nocere, colligitur ex glossa in *Auth. sed iam necesse. C. de donat. ante nupt.*

vbi Bartol. & Doctores eam sequuntur, praesertim quando aliqua subest fraudis praesumptio, quae in confessione dotis receptae plerumque subesse videtur. Sed praenotandum est, futuris creditoribus tunc competere reuocatoriam ex titulo, si quid in fraude creditorum, eū de fraude confiterit, vel ea fuerit vehementer praesumpta text. & ibi glossa 2. *soluione in l. in fraudem creditorum test. date ff. qui & a quibus Ioan. Fab. col. 3. tercia. & ibi Iafon nu. 63. in §. item si quis in fraudem de ad. Bartol. in l. air Pretor. §. ita demum ff. de his. que in fraudem creditor. Angel. Aretin. in d. l. 1. §. fuerat. nu. 14. Bald. Nouel. de dote part. 10. nu. decimo septimo. Campègius de dote i. part. quest. 53. idem Bartolus & Doctores in dicta Authentica sed iam necesse. sic intelligetes glossam ibi, cui obloqui futuris creditoribus minime liceat petere reuocationem ex eo titulo l. prima. C. de iure fisci li. decimo dicit. §. ita demum. igitur si confessio dotis receptae matrimonij praecesserit, nisi in fraudem posteriorū creditorum probetur eam praecessisse, proculdubio sicut prioribus nocet, ita & fortiori ratione posterioribus nocet: nec vlla tunc fraus praesumitur. Quod si confessio dotis receptae contigerit constante matrimonio, & eam simulata fuisse in fraudem prohibita donationis diximus, nec prioribus nec posteribus, creditoribus nocet: sicut hoc in capite semel adnotauimus: at si ea confessio fuerit potius emissā spe futurae numerationis, quā ex simulata donatione: posterioribus creditoribus nocet eo tempore, quo locus non est exceptioni non numeratae dotis: quod ipse colligo ex Paul. Cast. in d. l. 1. col. vii. atque isthuc omnia accipiēda sunt, etiā si creditoribus hypothecarū iura tacite vel expresse cōpetent iuxta distinctionem ab initio praemissam.*

Tertio illud huic disputationi mirè congruit, quod Bald. Nouel. d. part. 10. n. 10. & seq. scribit confessionem dotis receptae, siue ante matrimonium, siue non constante contingente, nocere etiam anterioribus creditoribus quibus hypotheca nulla tacita, vel expressa cōpetet, Quia quoad priuilegiū actionis personalis doti à iure concessum, minime oportet, nec est necessarium, veram dotis numerationem probari. Cum priuilegia creditoribus competentia ex tit. ff. de priuileg. cred. non exigant praesice veram numerationem, huic opinioni refragantur Soc. in d. l. leg. 1. nu. 92. & Franciscus à Ripa in l. quaesitum §. si sponsa ad finem ff. de priuileg. cred. qui tamen diuersis rationibus vtuntur. Socin. etenim contrarium verius esset censet, ex eo, quod etiam personalem actionem creditor habens possit vti exceptione non numeratae dotis aduersus vxorem l. si cui. C. de non nu. pecun. quod non negat Nouellus, nec nos negamus, modo ea exceptio apponatur intra tempus iure statutum deinde alia vtitur ratione Soc. quin & illam eius sententiam probat etiam non eadem omnino sit inductio: nempe, quia dicitur l. assiduis. quae verā numerationem exigit, vt locus sit priuilegio prelationis, non tantū loquitur in creditoribus, quibus hypotheca cōpetit sed & in his, quibus in personā actio datur: nam ea cōstitutio vetera iura, quae dotali actioni aduersus similes in personam actiones priuilegia concessere, interpretatur, & ad creditores, qui hypotheca vtuntur, extendit: igitur in omnibus est pariter ea decisio interpretanda. hac tamē ratio non omnino conuincit, falsam esse Nouelli sententiam: cum tractatus temporibus opponenda exceptio non numeratae dotis à lege cōcessis, vera dotis numeratio praesumatur. & dos, vt vere numerata sit iudicanda. Quam ob rem ipse cōfessionem praecedentem matrimonij contractum distinguendā esse reor ab ea, quae eo constante contigerit ita quidē, vt licet posterior prioribus creditoribus, etiā personalit tantū actione munitis minime noceat: prior tamen dubio procul eis nocebit, vt in specie docet Paul. Castrensis in d. l. 1. col. vi. perperam relatus à Socino ibidem nu. 92.

Quarto adnotandum est Iaf. in d. §. fuerat. nu. 90. falso collegisse ex Bald. & Ang. confessionem dotis receptae, matrimonij cōtractum praecedentē semper creditoribus nocere ac pro vera numeratione habendā esse, siue sit renunciatum exceptioni non numeratae dotis, siue nō, etiā intra tempora huic exceptioni opponenda cōstitutā. Nam et si hoc iure & ratione Iaf. improbaerit: im merito id Baldo & Angelo tribuit. Baldus etenim in Rubr. C. de priuileg. dot. nu. 6. & Ang. in d. §. fuerat. nu. 15. tantū scribunt, cōfessionem dotis receptae à marito ante matrimonium emissā creditoribus nocere, si si renunciatum fuerit exceptioni non numeratae dotis, vel tempora eiusdem exceptionis opponenda elapsa fuerint, quod plurimum differt ab eo, quod Iaf. eis imposuerat.

Ultimo, non est præmittendum, quod omnium fere unanimi consensu video comprobari, confessionem dotis receptæ in reb. immobilibus, etiam ad emptionem æstimationis vera esse censendam, nisi contrarium probetur: nec impugnari posse exceptione non numeratæ dotis, veraq; & palam receptæ dotis privilegia habituram: sicuti, ex d. *Asubent*, sed tam necesse, præter alios colligit Bald. in dict. *Rub. C. de priviil. dot. nu. 1. & idem in l. in contr. alibi. C. de non num. pecun. in princ. 1. quest.* Cui suffragantur ceteri, qui dictæ novellæ constitutionis decisionem inducunt ad intellectum gl. in dicta *l. asubent*. cum ea cõstitutio tractet solummodo de reb. mobilibus in dotis augmentum datis: quasi immobilibus, nec simulatio, nec fraus ita caute contingere possint, quin facile deprehendantur.

C A P V T VIII.

De meliorationibus hypothecæ, & pignoris.

S V M M A R I A.

1. Actio hypothecaria, & in ea preferenda sententia formula, & numer. sequen.
2. Hypothecaria conventus, si rem ipsam melioraverit, poterit offerre auctori ipsius rei veram æstimationem demptis meliorationibus, & n. seq.
3. Intellectus *l. 2. C. de præditiis* & omnibus reb. nauticis *lib. 11. C. inibi an pignori accedit augmentum vel melioratio rei postea superueniens. Item expensæ meliorationis ab emptore pignori facta à creditore emittente non sunt refundenda.*
Si domus pignori exusta, & possessa ab emptore arca re adificata, quid iuris.
Meliorationes pignori, an iure pignoris obligata.
Fistula debita privilegiata.
Æstimatio pignoris faciendæ demptis meliorationibus.
4. Condemnatus actione reali, ubi & in fructibus condemnatio facta fuerit, an teneatur ad fructus perceptos ex meliorationibus per eum factis, & quid de bona fidei possessore.
5. Filius qualiter possit rem adventitiam à patre alienatam in vita, vel post mortem patri reuocare, & inibi *off. ad finem intell. leg. Regia paritarum.*
6. Pater potest quandoq; alienare rem adventitiam filij familia sine decreto iudicis.
7. An pater per alienationem voluntariam rei adventitiæ statim ususfructum amittat, *off. filio dejeratur*, item an filius adventitiæ reuocare possit.
8. Filiosum litem uxori in reb. paraphernis, quandoq; præscriptio nocet, eaque currit aduersus eas & ibi *intell. l. 3. & Tan.*

QVI hypothecaria in rem actione agit, hæc formula uti debet, ut res, quæ ipsi auctori, eidemq; creditori à lege, vel à debitore fuit pignori obligata, nec tamen tradita, ei tradatur, ab eo interim tenenda, donec debitum solutum fuerit, atq; in hunc modum concipienda sententia est *l. si cum venditor in princ. ff. de euictionibus l. si fundus. §. in vindicatione. l. si inter. §. ult. ff. de pignor. iuxta communem interpretationem traditam in §. item *Serviana. de action. per Bartol. in l. rem alienat. col. penul. ff. de pignor. act.* Antonium Fanensem de pignor. 8. part. membro tertio nu. vigesimo quarto, legimus tamen quandoque alter hanc actionem conceptâ fuisse, ita scilicet, ut actor petat rei obligatæ possessorem damnari, vel ad ipsius rei restitutionem, & traditionem, vel ad pecuniæ debitæ solutionem *l. secunda. vbi Bartolus C. si vnus ex pluribus heredibus. text. in cap. ex literis, vbi Imola, Panormitanus, & alii de pignor. Bart. in dicto §. in vend. catione, Faber, Iason. nu. centesimo vigesimo septimo & nouiores in dicto §. item *Serviana.* plurimum ad hoc cõduci glossa ibidem probata in *l. secunda §. item si in facto ff. de verborum obligationibus*, quam dicit singularè esse Baldus in *l. si pacto quo pueniam ad finem C. de pactis. tradit Decius in l. quatenus ff. de regulis iuris ad hunc modum est intelligenda sententia cuius meminit textus in dicto *ca. ex literis.* quæ possessorem condemnavit ad pecuniæ debitæ solutionem, pro quantitate bonorû, quæ reus actione hypothecaria conventus possidebat, & pignori fuerant à domino obligata: hunc etenim sensum habet, ut reus debitum soluat tradendo bona per eum possessa, ab ipso auctore tenenda: donec debitum solutum fuerit, vel ut ea bona creditori in eum finè tradat: quod si ea nolit tradere, debitum ei soluat: sicuti Panormit. & alii expliçant ex his quæ modo diximus, quod etiam deduci poterit à *l. mulier. ff. qui pot. in pignor. habeant. §. l. quamdin. Cod. de dist. actione pignori.****

His præmissis, queritur an is, qui debitor non est, sed rei pignori, & hypothecæ obligatæ possessor, conventus hypothecaria actione: cum rem ipsam propriis impensis, meliorationibus pretiosorem reddiderit possit ablatui ab a-

ctione ista, si offerat auctori veram æstimationem illius rei demptis meliorationibus nempe pretium, quod res illa iuste valeret, si non esset meliorata à possessore: licet ea æstimatio minor sit, quam ipsum debitum, pro cuius solutione solus possessor solui, ut actione hypothecaria minime teneatur, ubi expressim hoc adnotarunt Bartol. Bald. Platea, Rebut. & Alex. in additionibus ad Bart. ibi, idem Alexand. ad Bart. *l. si fundus. §. si res ff. de pignor. Paul. Cast. in l. si conuenit. in §. §. ff. de pignor. actio. Corfec. in singu. in verb. melioratio. §. c. in princ. 224. lib. 2. ad fin. Albert. Brunus in tract. de augmento. §. conclusio bro. 4. nu. 21. quorum opinio celebris est, & in Praxi Læpulle in hoc Regio Granatensi Prætorio recepta, dubia tantum ex sequentibus.*

Primo etenim huic opinioni obicitur Iuriconsultus responsum in *l. si fundus hypothecæ in princip. ff. de pignor. Si fundus, maior factus, totus obligabitur. Sic in l. si conuenit. §. si fundus de pign. actio. Paulus scribit, si nuda proprietas pignori data sit, vltus fructus, qui postea accreuit, pignori cedit. Eadem causa est alluuiouis, in quibus conuenit Regia *lex. 15. tit. 13. par. 1.* vnde apparet id, quod accreuit post contractum hypothecæ fundo obligato, eidem obligationi, & hypothecæ summum censeri: igitur idem & in meliorationibus dicendum erit. Sed hanc obiectionem Batt. in *d. l. 2. sic dissoluit*, ut teatur fundi meliorationes, & itidem quo ei per alluuiouem accreuerit, sicuti & ipsum fundum, pignori obligata esse adferit tamen possessorem ab actione hypothecaria absolvendum esse, si voluerit solvere creditori ipsius fundi restam absque meliorationibus æstimationem, Quæ quidem solutio nulla ratione procedere potest, quod latam facta aperte monstrabitur.*

Secundo aduersus Bartolum alter Iuriconsul. locus secl. offert in *l. cum postulasset. §. vltimo ff. de damn. iniur. vbi probatur* creditorem posse iure hypothecæ fundum ab emptore euincere, nec tertiis eidem emptori solvere expensas, quas ipse in utilitatem, ac refectionem fundi fecerit. Ergo poterit creditor fundum pignori obligatum, etiam cum ipse meliorationibus à tertio possessore euincere, quamuis possessor in eisdem meliorationes impensas fecerit. Verum iuxta Bartol. interpretationem, quæ communis esse cundum Roman. ibi etiam emptor conventus hypothecaria uti poterit retentione fundi, donec ei soluantur impensæ factæ in refectionem, aut meliorationem fundi, vel saltem, ut opinatur Alber. ibi emptor uti poterit retentione fundi, ut ei soluantur pretium meliorationum, quatenus ex eis res facta ipsa sit pretiosior, optimus textus in *l. Paulus. §. penult. de pignoribus.* qui hanc Bartoli & Alber. sententiam defendit. Et nihilominus ex dicto §. vltimo, cum postulasset. deducitur, posse omnino creditorem fundum melioratum auocare possessore, qui eum meliorauerit, solutus meliorationum æstimationibus.

Tertio ad idem facit text. in *d. l. Paulus. §. pen. Domus pignori data, inquit Iuriconsultus, exusta est, camque ætatem emit Lucius Ticius, & extruxit. Quæ sitis est de iure pignoris, Balous respondit, pignoris persecutionem persequere, & ideo ius soli superficiem secutus videri, cum iure pignoris, sed bonæ fidei possessores non aliter cogendos creditoribus ædificium restituere, quam sumptus in extructione erogatos, quatenus pretiosior res facta esset, receperent, hæcenus Paulus, ex quo apparet non alia ratione ædificium in ea specie pignori obligatum esse, quam quod ipsa superficies sole cedat: solum autem pignori, & hypothecæ sit obligatum. Sic ergo euidenter ostenditur eadem ratione meliorationes factas in re pignori subdita ipsam rem sequi, & eodem iure pignoris obligari. Quo fit, ut auctor agens hypothecaria, velit æstimationem meliorationum, aut sumptus earum solvere, quatenus res sit facta pretiosior, nullo pacto possit, excludi à possessore soluentem æstimationem ipsius rei seclusis meliorationibus optimus text. in *l. Regia 15. tit. 3. part. 5.**

Quarto eandem partem improbat ratio, ni fallor, satis vrgens. Nam ex præcedentibus cõstat, meliorationis etiã iure pignoris, & hypothecæ obligata esse. Et tam præcipuum est actionis hypothecariæ, quod vel debitum integre auctori soluat, vel ei tradatur res, quæ pignori est obligata